Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8191
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Et tunc Abbas benedicit palmas: et lecta: In diebus illis
epla Moniales incipiunt Collegerunt,
et canunt usque ad versum: Quem ver-
sum tunc canit Chorus ab illo loco plena-
rie vicz unus autem usque ad totum finem
cantando etiam sine medio Expedit et Sorores Ne forte
ab illo autem die: post hoc legitur Euang.
post hoc fit sermo in vulgari: post
sermonem verus Exorcismus palmarum:
Si autem prius factus est exorcismus
tunc de facto et sine medio incipitur
per cantorem Ante sex dies: sub quo
cantu distribuuntur palme: Et post
illam Ant. sequitur Statim Cum
appropinquaret: et hic eleuentur
vexille ad redeundum finita illa Ant.
sequitur: Cum audisset: Et si hec
due Ant. non sufficerent possunt etiam
cantari iste due Ant. Ceperunt et
Turba multa: Sed attende quod postquam
Chorus peruenerit ad stacionem cum
primis duabus Ant. hec due non
debent cantari scilicet Ceperunt et Turba
multa: Quibus sic factis: Quando nunc
venerunt pontifices ad stacionem: tunc
incipiuntur per cantorem hec due Ant.